



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. III. Solvuntur aliæ objectiones,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

Hanc rationem directe opponit Sanctus Doctor fundamento contrarie opinantium, allato inicio corporis articuli: ponebat enim motum Angeli esse in instanti, quia ut dicebant, dum moveretur ab uno in alium locum, toto tempore praecedenti est in termino a quo, ultimo vero instanti terminativo illius temporis, reperitur in termino ad quem sit in termino a quo, sed primum in quo in illo non sit: sicut in generatione substantiali, & in illuminatione aeris, non datur ultimum instantis in quo materia sit sub privatione forme, & aer sub tenebris, sed solum ultimum tempus.

## §. II.

*Instantia contra hanc rationem D. Thomae proponuntur & solvuntur.*

63. **C**ontra hunc discursum D. Thomae, & speci caliter contra positionem illam cui innittitur: Non est possibile ut aliquid rato tempore precedente quiescat in uno termino, & posse in ultimo instanti illius temporis sit in alio termino: plures ab Adversariis fieri solent instantiae. Primo objiciunt: Toto tempore quo Sacerdos profert verba consecrationis, substantia panis quiescit sub speciebus, & in instanti terminativo sub illis ad est corpus Christi.

Secundo, Aer rato tempore antecedente accessum Solis ad nostrum hemispherium, quiescit sub tenebris, & in ultimo instanti illius temporis illuminatur.

Tertio, Materia prima toto tempore antecedente instanti generationis, quiescit sub forma compositi corrumpendi, & in instanti terminativo illius, est in termino ad quem, scilicet sub forma compositi de novo geniti.

Denique, Angelus quiescit ab intellectione & volitione, toto aliquo tempore, absque eo quod cogatur quiescere in ejus instanti terminativo: Ergo principium illud a D. Thoma assumptum, verum non est.

64. Hac tamen levia sunt, & rationem D. Thoma non infringunt: nam principium illud debet ita intelligi, ut scilicet quod quiescit in aliquo termino per aliquod tempus, non possit in ultimo instanti illius temporis esse in alio termino, per mutationem quae sit ex contrario, aut latitudine sive distantia vincenda; secundum vero per mutationem pura & simplicem, quae est de non esse ad esse; quia ad tollendum non esse, sufficit positio formae; ad tollendum vero contrario, aut vincendam latitudinem sive distantiam, requiritur alia mutatio, & non quies sub illa. Conversio autem panis in corpus Christi, illuminatio aeris, generatio substantialis, & intellectio aut volitio Angeli, non sunt mutationes quae pendeant per se loquendo ex aliquo contrario, latitudine, aut distantia vincendis; sed sunt simplices mutationes ex puro non esse, seu ex pura negatione aut privatione; unde exempla illa ab Adversariis adducta non sunt ad rem.

65. Addo falsum esse, quod materia quiescat simpliciter tototempore alterationis; immo moveretur ipso motu alterationis, disponente ad corruptionem. Similiter aer tototempore antecedente motum Solis ad nostrum hemispherium, aliquo modo moveretur, mutatione saltem respectivae; quarenus sit continuo minus distans a Sole ex eo quod Sol illi magis ac magis appropinquat per

A motum localem. Ratio atque quare nostrum hemispherium dicitur moveri ad lucem, ex eo quod Sol magis illi appropinquat; corpus vero frigidum non dicitur moveri ad calorem, praece ex eo quod approximet ipsi calidum; et quia per hoc solum moveretur aliquid ad aliquum formam, per quod tollitur ab ipso impedimentum talis forma: impedimentum autem in corpore illuminando, non est forma aliqua positiva contraria, in ipso existens (sic) impedimentum calor in corpore frigido, est frigida; sed sola distantia corporis luminosus. Ergo &c.

## §. III.

*Solvuntur alia objectiones.*

**O**bijciunt insuper Adversarii: Velocitas motus, quo Angelus transit continet de uno extremitate ad alterum, per omnia media, potest procedere sine proportione velocitatē motus, quo corpus pertransire eodem modo idem spatiū sed hic excessus non posset esse, nisi motus localis Angelis posset fieri in instanti; nā inter quibus duo tempora finita est aliqua proportio: Ergo motus Angelii continuus in instanti fieri potest.

Respondeo, concepsa Majori, negando Minorē: Licet enim velocitas motus concordia

**C**Angeli, non sic excedat in proportione velocitatem motus corporis, ut duratio eius sit invisibilis instantis; illam tamen sic excedit, ut possit fieri in minori & minori duratione (divisa tamen) quam motus quorumcumque corporis. Unde Caproclus in 2. dist. 6. quæll. 1. art. 3. ad 3. contra 2. Angelus minoris virtutis eque citi posse transire quantumcumque spatium, sicut Angelus majoris virtutis; & hoc si anno mox aequaliter mutuato, non transiendo per medium: & idem est anno transient per medium mota continua. Verantamen neuer potest pertransire in instanti quantumcumque spatium, nec motu continuo, nec diuerso, & hoc si que transiendo per medium, neque transiendo per medio: Sed tamen in quantumcumque parvo tempore velit, potest pertransire, nec est dare minimum tempore in quo posse pertransire: nec maximum velocitatem sibi posibilem in movendo se: & consequenter nulli potest movere se ipsum summam velocitatis sibi posibili.

Dices, Ex hoc sequi virtutem morivam Angelii esse infinitam: Sed hoc non est dicendum. Ergo nec illud. Sequela probatur: Potentia qua potest astringere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum, est simpliciter infinita; nam ex eo colligitur lumen gloriae non posse esse principium videndi Deum, perfectior & perfectior modo in infinitum, quia est finitus perfectio; & contra vero ex eodem principio inferunt Theologi, Deum esse infinita virtus, quia potest perfectiore effectum in infinitum producere: Atquisi virtus Angelii possit movere in minori & minori tempore in infinitum, potest astringere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum: Ergo erit infinita.

Respondeo primò, quod si haec instantia valeret, magis urget contra Adversarios si coligeretur vim motivam Angelii esse infinitam, leve posse producere perfectiore & perfectiore effectum in infinitum, quia posset in minori & minori tempore mouere in infinitum, multo magis id sequeretur, si posset movere in instanti: si enim requiritur major & major virtus ad mouendum in minori & minori tempore, requiretur

virtus maxima, & consequenter infinita, admodum in non tempore, sive in instanti.

Secundò dico, quod sicut non colligitur perfeccio infinita in aliqua causa, ex eo quod possit producere plura & plura individua in infinitum intra eandem speciem: ita non colligitur potentiam loco motivam Angeli esse infinitam simplificiter, ex eo quod possit movere in majori & minori velocitate, & consequenter in minori & minori tempore in infinitum: ad hoc enim sufficit potentia finita superioris ordinis ad potentiam loco motivam rerum corporearum, & ab omnibus impedimentis expedita. Unde in forma respondo negando sequela Majoris, ad cuius proportionem, distinguo Antecedens. Potentia qua potest perfectorem & perfectiorem effectum producere debet esse simpliciter infinita, si perfectior effectus requirat in tali causa majorē perfectionem, concedo Antecedens: si non requirat maiorem illam perfectionē, nego Antecedens. Quavis autem productio intensioris & intensioris visionis beatæ, requirat majorē perfectionem intensivam in lumine gloriæ, movere tam in majori & majori velocitate, subindeq; in minori & minori duratione in infinitum, non est de genere horum effectuum, qui requirunt majorē & maiorem perfectionem intensivam in potentia, sicut nec infinitas individuorum producibilium ab eadem causa: sed solum exigit, ut diximus, remotionem omnium impedimentorum, ac potentiam loco motivam superioris ordinis ad potentiam loco motivam omnii corporum. Unde D. Thomas suprà qu. 2, art. 2, ad 3, docet infinitatem divinæ potentia non manifestari in motu, dum tamen constet illam motum velocitatem & velociorem in infinitum efficere posse.

Dices rursus, Hinc sequi Angelum superiore non posse velocius moveri quam inferiore; quiaque bene potest inferior moveri majori & majori velocitate in infinitum: Sed hoc videatur absurdum: Ergo & illud.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem: nam sicut non est inconveniens, quod Angelus superior non sit magis immaterialis quam inferior, quia utrique convenit immaterialitas simpliciter, ratione elevationis supra gradum corporeum; ita nullum est inconveniens, quod Angelus superior non possit velocius moveri, quam inferior, quia ambo ex elevatione quā in suo motu habet supra corporea, possunt moveri in majori & majori velocitate: quamvis cum hoc fieri, quod Angelus superior habeat nobiliori modo suum illū motum velociorem & velocitatem, quam inferior, prout quia potest moveri minus multiplicando operationes circa spatum, propter majorem sphærā activitatis: sicut in corporibus equis habet nobiliori modo cursum equalis velocitatis, quam canis; quia ratione majoris extensionis paucioribus gressibus æquale spatum percurrit æquali tempore.

Addo quod licet Angelus superior non possit velocius & in minori duratione moveri, quam inferior, potest tamen velocius movere corpora: virtus enim quam habet Angelus ad efficiendum motum velociorem & velociorem in infinitum, tantum se extendit ad motum ipsum, non autem ad motum corporum; que cum ex se non sint tanta velocitatis capacia, etiamsi ad propria loca moveatur, aliquo modo moventi extrinseco refluit: unde Angelus qui moveret cœlū superiorius, majoris est virtutis & perfectionis eo qui mo-

vet cœlum inferius; cum cœlum superius majori velocitate ab intelligentia moveatur, quam inferius.

Ex his colliges, miram & prorsus stupendam

esse Angelorum celeritatem, illamque omnium corporum velocitatem incomparabiliter excedere: potest enim Angelus motu continuo, intra brevem temporis morulam, longum spatium peragere; & motu discreto, in duabus instantibus, ab uno loco in alium, quantumcumque distantem, se transferre, non transfundere per medium, ut suprà ostensum est. Qua ratione SS.

Patres hanc Angelorum celeritatem ita exaggerant, ut dicant eos esse ubique, & in momen-

to totum orbe peragrade. Ita Tertullianus in

B. Apolog. cap. 22. Omnis spiritus, inquit, ales est, hoc Angelī & Demones: igitur momento ubique sunt: totus orbis illus locus unus est, qui ubique quod geratur tam facile sciunt, quam enuntiant: velocitas divinitas creditur, quia substantia ignoratur. Hieronymus vero Epist. 25. contra Vigilancum cap. 2. Demones, inquit, toto vagantur orbe, & celeritate nimia ubique presentes sunt. Item Nazianzenus orat. 34. de coelestibus virtutibus ait: Loca omnia peragunt, omnibus impigre ad sunt, tum ob ministerij promptitudinem, tum ob natura levitatem. Denique Dionysius de coelesti Hierarchia cap. ultimo: Pennatos, inquit, Sanctorum Angelorum pedes

Theologia finxit: penna enim declarat sursum uocare valentem celeritatem. Ob eandem rationem ibidem docet eos in Scriptura appellari ventos, flammam ignis, nubes, aquilas, rotasigneas, flumina, equos &c. quia haec omnia summa velocitatem innunt. Interdum etiam in Scriptura ad eandem velocitatem declarandam Angelii dicuntur in momento operari: nam Sapientia 18. habetur quod uno temporis momento Angelus omnia Ægyptiorum primogenita interfecit. Et Cyrillus Alexandrinus in commentarijs in Habacuc docet, illum Angelii manus in puncto temporis in foveam leonum ubi erat Daniel delatum fuisse, ut ei prandium afferrer: quod sacer textus innueri videtur, dum ait: Apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone super locum in impetu spiritus. Verum licet Angelus potuerit subito & quasi in iunctu oculari transferre Habacuc ex Judæa in Babylonem, & eadem celeritate reducere, id tamen in instanti non potuit operari: quia ut præclarè Tostatus cap. 2. Exodi in hanc rem philosophatur, Quantumvis subitanè sit Angelii operatio, oportet tandem dari aliiquid tempus in quo fiat, quan'cumque parvum sit. Sicut enim Deus non potest communicare Angelo quod posset creare, quia repugnat creaturas; & quia creare est potentia infinita, quia soli Deo convenit: ita operari sine tempore, non potest communicari creature, quia arguit potentiam infinitam, quæ nullo modo communicabili est.

Dices: Illuminatio sit in instanti, & si corpus moveretur per vacuum, ejus motus etiā in instanti fieret; quia tunc nulla esset resistentia media, à qua successio motus localis oritur: Ergo similiter motus localis Angelii in instanti fieri potest.

Respondeo concessa Antecedente, quantum ad primam partem, negando Consequentiam & paritatem: nā in motu locali Angelii idem Angelus transit per medium ad extreum, & ibi nullus est ordo causalitatis: At in illuminatione nō eadem pars luminis quæ est in medio, transit ad extre-

extremum, sed in hoc alia producitur, qua à A priori nō a causa vel conditione dependeret; & sic si est ordo causalitatis, qui non requirit successionem & tempus, sed dux taxat prioritatem naturæ. Præterea ut docet D. Thomas h[ic] art. 3. in corp. & in resp. ad 2. illuminatio, cùm non sit transitus ab uno termino positivo ad aliud, non est propriè motus, sed simplex tantum mutatio quæ est terminus motus; sicq; simul & in instanti terminativo motus fieri potest: motus autem Angelii, cùm sit transitus de uno termino positivo ad aliud, est verè & propriè motus, & non solum simplex mutatio subinde que non simul & in instanti, sed successivè & in tempore fieri debet.

Ad illud verò quod additur de motu corporis in vacuo, dicendum est, quod si corpus moveretur in vacuo, ejus motus non fieret in instanti, sed successivè, ut docent Philosophi in libris Physicorum, quia successio motus localis provenit non solum ex resistentia medijs, sed etiam ex limitatione virtutis motivæ, ex contraria inclinatione mobilis, & ex distantia terminorum.

74. Objicitur tertio: Motus localis Angelii nihil aliud est, quam acquisitione loci: Sed Angelus acquirit locum in instanti: Ergo moveretur localiter in instanti.

Respondeo motum localem Angelii non consistere in simplici acquisitione loci, quia si nullibi antea existens, applicaretur loco, non dicereetur moveri localiter; sed consistere in acquisitione unius loci, & derelictione alterius: unde quamvis Angelus acquirat locum in instanti, quia tamen non relinquit alium locum in eodem instanti, sed in instanti præcedenti, inde fit neque moveri, etiam motu discreto, in unico instanti, sed ad minus duo requirantur instantia.

75. Instabis: Angelus in eodem instanti acquirit unum locum, & deserit aliud: Ergo nulla solutio. Antecedens probatur: Quando aliquid in instanti acquiritur, aliud ei oppositum & impossibile derelinquitur in eodem instanti: v. g. in eodem instanti quo forma est in materia, tollitur ejus privatio; & in eodem momento quo aer illuminatur, tenebra expelluntur: Ergo si terminus ad quem motus discreti Angelii in instanti acquiratur, in eodem instanti deseritur terminus à quo.

76. Respondeo negando Antecedens, ad cuius probationem, distingo antecedens. Quando aliiquid acquiritur in instanti &c. per simplicem mutationem quæ est à termino à quo privativo aut negativo, concedo antecedens. Quando acquiritur per motum propriū, qui est ab uno termino positivo ad aliud positivum, nego Antecedens. Nam ut supra diximus, ad tollendum negationem aut privationem sufficit positio formæ, ad tollendum verò contrarium, aut vincendā latitudinem & distantiam quæ est inter duos terminos positivos, requiritur tempus. Unde quia generatio & illuminatio sunt simplices mutationes, eodem momento quo forma est in materia, tollitur ejus privatio, & eodem instanti quo aer illuminatur, tenebra expelluntur; eccl̄a vero, cùm motus localis Angelii, sive continuus, sive discretus, sit motus proprius, procedens à termino & loco positivo, ad aliud terminum & locum positivum, & non simplex mutatio; repugnat quod in eodem instanti quo acquiritur terminus ad quem, deseratur terminus à quo, vel è contra; sed ad hoc requiriuntur ad minus duo instantia, non quidem temporis nostri, quæ nō possunt sibi im-

mediare succedere, sed temporis Angelici & discreti; quorum priori mensuranti existentia angelii in termino à quo, correspondet pars nolit temporis posteriori verò, quod nientur aquisitionem termini ad quem, correspodet initia-

Ex hoc solutum manet aliud fundamentum adverba sententiae, quod sic proponi potest: An

gelus non moveretur localiter, cùm sit in termino

à quo, cùm non mutet locum, quandiu in illo es-

it: Ergo solutum quando est in termino ad quod

Sed est in termino ad quem in instanti temporis

discreti: Ergo moveretur in instanti. Solutum in-

quam, manet illud argumentum: sicut enim

distinguere Antecedens: Angelus non moveretur

localiter &c. completere & terminative concedo

Antecedens: non moveretur incompletè & initiativè, nego Antecedens. Habet enim Angelus

tunc unam sibi motus partem initiativam, & de-

positivam ad aliud; ad quod non requiritur quod

in eo instanti mutet locum, sed sufficit quod à

competat existentia in termino à quo cum ordi-

ne ad præsentiam in termino ad quem immediatè acquirendam: sicut oratio, quæ est quantitas

discreta, dicitur incipere in prolatione prima

syllabæ; ut dicentes ordinem ad aliam immobi-

te sequentem.

Quare ad complementum prædictorum, pe-

quid Angelii seipso & alia corpora moveant,

seu quodnam sit in illis principium proxime ef-

fectum, utrum motus localis, & aliarum operato-

rum ad extra?

Respondeo multò probabilius esse, & doctrina

D. Thomæ conformius, potentiam loco movi-

vam & ad extra operativam in Angelis nondi-

stinguui ab intellectu & voluntate, sed esse ipsius

intellectum practicum, quatenus per actum im-

perii, formaliter imanentem, & virtualiter tran-

seuntem ad extra operatur. Ita colligitur ex ad-

stotele 12. Metaph. tenuo 40. ubi ait Intellegi-

tias movere celos, et desiderantes & intelligentes

ex D. Thoma qu. 16. de malo art. 1. ad 14. quod

lib. 6. art. 2. & opus. 11. art. 3. dicentes Ange-

los movere celos, et conceptione sui intellectu effici-

Ratio etiam id suader: Cum enim Angelus fu-

substantia simplex & purè intellectualis, non

possunt in illo dari nisi potentia quæ à gradu in-

tellectuali diminant, & que pronde pure spiri-

tiales sunt: illa autem sunt tantum dicitur, intel-

lectus scilicet & voluntas. Ergo quidquid Angelus

ad intra vel ad extra operatur, id medium ibis

illis duabus potentijs praestare debet; subindeq;

vis illius exequens, seu potentia tum se ipsum in

alia movendi, est ipsa voluntas ut movens in tel-

lectu, vel potius intellectus ut motus à volunta-

te, & efficaciter imperans motum localem in

corporibus. Quare motus localis causatus in cor-

pore ab aliquo Angelo non propriè comparatur

E ad intellectum & voluntatem Angelii, sicut actu-

elicitus, sed potius sicut effectus ab illis poten-

tijis, medianib[us] proprijs actibus productus.

Dices Si potentia operativa ad extra vel o-

moiva, esset in Angelo realiter indistincta ab

intellectu & voluntate, quidquid Angelus po-

set velle & intelligere, posset & facere; sicut

esset omnipotens, cùm nihil sit quod non posse

velle & intelligere.

Respondeo negando sequelam. Sicur enim no-

valer, intellectus præsticus & speculatorius id ro-

aliter sunt: Ergo quidquid postumus speculatorie

postumus & practice cognoscere. Sicut in quantum

non valer h[ic] consequentia, nam solo naturali

lupi

pluri-

bus

Con-

cita-

no in-

qui-

Iustine speculativè cognoscimus Deū esse summum bonum, ac propterea summo modo diligendum, & tamen solis viribus naturæ non possumus id practicè judicare: ita similiter quævis in Angelo principium intelligendi & operandi ad extera re aliter non differant, non sequitur tamen, quod quidquid Angelus potest intelligere, posse & operari, sed intellectus ut practicus, seu in potentia operativa habet limitatam activitatem ipsorum, quam nō habet ut est speculativus, & principium cognoscendi & intelligendi.

Dices rursus: Modus agendi duntaxat per imperium non est convenientius ulli creature, sed soli Deo possibilis, cuius voluntati omnia subiecta sunt.

Repondeo modum agendi duntaxat per imperium nō esse convenientem ulli creature puer corporez, vel mixtae, seu constanti ex spiritu & corpore, bene tamen substantia simplici, & puri intellectuali: cum enim in ista non possunt tantum potest pure spirituales, quæ sunt tantum dura, intellectus scilicet & voluntas; quidquid agit, vel ad intra, vel ad extra, hoc totum mediatis illis potentias, subindeq; per actum imperii, elicium ab intellectu, ut moto & applicatio a voluntate, operari debet, ut supra adduxim. In hoc tamen differt imperium Angelii ab imperio Dei, quod primum est limitata & finita virtus, habetq; determinatam suæ activitatis sparsa: Divinum verò est infinitæ virtutis & efficaciz, & se excedit non solum ad ea, quæ sunt, sed etiæ ad ea, quæ nō sunt ut ait Apostolus ad Rom. 4.

## DISPUTATIO VI.

## De ævo &amp; tempore Angelorum.

Explicato motu Angelorum, consequens est, ut mensuram existentiam & operationum ejus exponamus, & de ævo ac tempore Angelorum breviter differamus. Unde sic

## ARTICULUS UNICUS.

Quæ sit mensura esse Angelii, & operationum ejus?

Dico primò, esse Angelii mensurari ævo. Ita D. Thomas supra quest. 10. art. 5. quodlib. 5. art. 7.

Probatur: Esse Angelii non potest mensurari tempore, nec aeternitate: Ergo ævum est propria eius mensura. Consequentia patet: quia tres tantum dantur mensura durationis rerum, scilicet aeternitas, ævum & tempus. Antecedens vero, quo ad primam partem, est etiam manifestum: Nam tempus est solum mensura rerum successivarum & corruptibilium; esse autem Angelii est totum simul & incorruptibile supposito influxu divino, quem connaturaliter postulat, ut disp. 1. art. 4. ostendit est: quod ad secundam partem convincitur ex ipsa aeternitatis natura, quæ definit duratio rei omnino immutabilis; qualis profecto non est substantia Angelii, quippe quæ (ut ibidem monstravimus) pluribus mutationibus obnoxia est.

Confirmatur: Namur doct. D. Thomas locis citatis, aeternitas mensurat durationem rei omnino immutabilis, & secundum substantiam, & secundum operationem; tempus mensurat durationem.

Tom. 11.

A nem rei variabilis in esse & in operatione; nam mensurat res corruptibles, quæ sunt in perpetuo fluxu & corruptione: unde D. Basilius homil. i. in examinerit ait: *Quæ sunt orta, quia aut incrementa, aut decrementa suscipiunt, fixionem autem stabilitatemque nullam, aut pertenuem obtinent, à temporis ipsius contineri natura: ævum denique medio modo se habet; nam mensurat esse invariabile, & tamen admittit variationem secundum operationes.* Subsumo autem: Sed Angelus, licet sit immutabilis secundum esse substantiale, compatitur secum mutabilitatem quantum ad alias operationes: quia Angeli mutabiles sunt, & secundum locum, & secundum diversas cognitiones & affectiones, quas possunt exercere vel non exercere quando voluerint: Ergo esse Angelii ævo mensuratur.

Confirmatur amplius: Esse Angelii est inferioris ordinis ad esse divinum, & superioris ad esse rerum corruptibilium: Ergo debet mensurari aliquæ mensuræ, quæ sit inferior aeternitati, & superior temporis; cum inter mensuram & mensuratum debeat esse proportio: Sed hæc mensura nulla alia esse potest, quam ævum, quod, ut ait D. Thomas, ubi supra, medium est inter aeternitatem & tempus: Ergo idem quod prius.

Objicies: Duratio Angelii, cum sit indivisibilis & tota simul, continet omnes temporis differentias, & coexistit presenti, praeterito, & futuro: Sed omnibus temporis differentijs coexistere proprium est aeternitas: Ergo duratio Angelii non est ævum, sed aeternitas.

Respondeo quod licet in Angelii duratione nō sit aliqua successio, sed suam durationem totam simul habeat, in eam tamen actu non continentur omnes differentiae temporis: quia ut aliqua duratio possit simul continere presentis, praeteritum, & futurum, non sufficit, quod sit indivisibilis, & tota simul, sed insuper requiritur, quod intra linéam durationis sit infinita: unde cum aeternitas utroq; hoc privilegio gaudeat, & sit duratio infinita simul & indivisibilis, utpote mensura esse divini, quod est infinitum & simplicissimum, in unico nunc indivisibili omnes temporis differentias continet, & ut ait D. Bernardus serm. 80. in Cantica: *Tempora sub extansant, non ei: futura non expectat, praeterita non recognovit, presenta non experitatur.* Ævum vero, quamvis sit indivisibile & totum simul, cum tamen sit finitum, utpote mensura esse Angelii, quod finitum & limitatum est, non coexistit rebus temporalibus, nisi quando actu sunt, & earum transitum, & adventum expectare debet, ut ea continere & mensurare possit. Unde ævum assimilatur baculo fixo in medio fluminis, vel arbori ad ripam plantata, quæ non coexistit simul & semel toti aqua fluenti, sed paulatim & successivè non quidem per sui mutationem & successionem, sed per mutationem & fluxum ipsius aquæ, quæ continuè fluit ac decurrit. Aeternitas vero, ratione sui vastissimi sinus, rectè comparatur ripæ aut alveo, qui tam aquam fluminis semper continet, nec ejus fluxum & transitum expectat, ut illam mensuraretur: ut ait D. Thomas supra quest. 14. art. 13. *Æternitas tota simul existens, ambit totum tempus.*

De quo plura diximus in Tractatu de scientia Dei, agendo de praesentia rerum in aeternitate.

Dico secundò, operationes Angelorum diversas habere mensuras, & aliquas mensurari aeternitate participata, alias ævo, alias tempore discreto, & alias tempore continuo.